



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Aqua lustralis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

quando certò credit, nec se, nec aliquid suum peste infectum, potest enim intellegere, se inde non venire ita ut aliquid malum ibi contraxerit, &c. Eiusmodi autem æquiuocationibus vti, addito etiam iuramento absque causâ, non est peccatum mortale; quia huic iuramento deest sola discretio, seu iudicium, modòne id fiat in fraudem tertij, aut in iudicio, dum iudex iuridicè interrogat. Sanchez & alij. p. 3. tr. 6. ref. 30.

Aqua lustralis.

Aqua lustralis, seu benedicta, ex operare operato delet peccata venialia. Bellarmin. & alij 8 p. 3 tr. 4 ref. 61.

Articulus mortis.

1 **Q**uæ opinio fuit probabilis in vitâ, est etiam talis in articulo mortis: quia inter opiniones in conscientiâ securas, una non est securior alterâ quoad impeccabilitatē: neque enim maior potest dari securitas, quam non peccare, quod sequitur ex quauis opinione probabili. Sancius p. 2. tr. 13 ref. 9.

2 Infirmus in articulo mortis positus, non tenetur in rigore, & ex precepto elicere actum contritionis de omnibus